



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ**

**Ribadeneyra, Pedro de**

**Coloniae, 1622**

Bartholomæum Lupum & alios è naufraio. 271. 272. 273

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44900**

Turosios (loci id nomen est) matronam per triduum exercuere grauiissimi dolores, quos in partu nequicquam tolerabat. Nec periculum aberat; ne moritura traheret infantem, & agnato tumulo sepeliret. In eo matris proliſque discrimine, ad Lipsana IGNATII decurritur. Quibus vix etiamdum illatis, filium salua mater enititur: duplicique beneficio ad gratiam soluendam p o-uocatur.

271 Verum his nihilo minora fuerunt, quæ in vltimis Indijs facta memorantur Bartholomæus Lupus, prouinciæ Nouæ-Granatæ Archiepiſcopus, soluerat ex infula Cuba; de portu, cui à SS. Triade nomen indidère. Ducebat ſecum è noſtris duos; Alphoſum Medianum, & Franciſcum Fogueronum; ad quos, etſi non maximum erat nauigium,  
alij

alij se diuerſi ordinis plures adiunxere. Iam in conſpectum lamaica ſe dederat anno cio. io. xcix. ante ix. Kal. Octobr. cum incubuit in nauim formidoloſi impetus procella; eamque expugnatura, principem malum facile conuellit, & charcheſia deiecit; ſimul vela vndique perripit. Nec ſpatium dabatur nautis, dum ſarciri, aut integra reponi poſſent. Irruebant interim fluctus, & conſertim omnia complebant. Ac vectores depreſſa naui (quippe que ſub vndis potius ferretur) omnes iam mortuos ſe duxere: & nauarchus, Dominicus Rodriques, artem omittere & qua tempeſtas rapiebat, ſequi cogebatur; cum animaduerteteret, nihil ſalutis reliquum eſſe, quod a clauo peteretur. Diem ſolidum tenuit ea maris cælique rabies, ſæuiorq; in horas valeſcebat; cum placuit,  
omif

omissis alijs, diuinum Numen placare. Quare Patres recordatis, quàm validum in I G N A T I I precibus præsidium alijs reperissent, eodem constituunt refugere: ac magno clamore Antistitem, ceterosque hortantur, quando cæpta omnia irrita haberentur, idem facere. Impensè omnes incipiunt; & affusis vbertim lacrimis, I G N A T I V M vocant, I G N A T I V M ingemnant. Repentè extitit ingens miraculum. Nam illicò venti turbinesque posuère, stetitque rebellis vnda; & inter omnium gratulationes, qui sibi reuixisse ab inferis videbantur, navis inspiratò emerfit. Antistes eius periculi securus, decreuit posthac Natalem I G N A T I I festo ac Pontificali ritu sacrum habere, quàm primùm auctoritate Romana concederetur. Alij vectores,

PIO

pre  
pro  
27  
ex  
rep  
adi  
me  
gn  
pu  
lat  
bã  
per  
ver  
in  
cel  
fer  
27  
fur  
be  
ua  
In  
lo  
ad  
di

pro quo quisque studio, alij aliud  
promisere.

272 Ijdem deinde Patres, cum  
ex Indiarum Coloniâ Hispanias  
repererent, non leuius periculum  
adiere. Nam Myoparonem vehe-  
mentes vndique procellæ oppu-  
gnabant, aduersis ventis in prorâ  
puppimque dimicantibus; interim  
latera propinquis Syrtibus arcta-  
batur. Hic duorum alter, iam ex-  
perimento doctus, ad IGNATIVM  
vertitur, & quasdam eius reliquias  
in fluctus demergit. Nulla inter-  
cessit mora; & omnis vndarum  
ferocitas exarmatur.

273 Iam altero naufragio per-  
functi, vt sæpius se IGNATIO de-  
berent, in tertium discrimen ser-  
uabantur. Ad TERTIAS enim (id  
Insulæ est nomen) statim dilucu-  
lo insana turbinum acies nauim  
adorta, momento huc illucque  
disiecit: vt omnium oculis mors  
certis-

O

certis-

certissima oberraret. In hac iterum desperatione, alijs humi deiectis, & liberè omnia confitentibus, Franciscus denuo sacros **IGNATI** cineres in vndas abiecit. Vix eas contigerant, iam vndique venti quiescere; subsidere fluctus; sol ipse discussa nubium nocte promicare. Crederes hinc maris iniurias, hinc **IGNATI** patrocinium certasse; non vtique experiendum, nisi cogente periculo prouocaretur.

274 Neque verò corpora solùm medicatus est **IGNATI**; sed multorum quoque curas ærumnasque temperauit; eaque sæpe pericula depulit, quæ ad animorum cladem pertinuissent. Exemplo fœmina fuit Inda, quæ impuris olim ignibus conflagrabat; ijsque tam infestis, vt extinguendis esse vix putaretur. Quæ postquam ad **IGNATI** cineres religiosè

fig  
ap  
ni  
m  
fa  
xi  
2  
qu  
vu  
vn  
eg  
Ig  
cip  
da  
in  
tu  
no  
an  
qu  
qu  
ad  
di  
iur  
tie